

Nuptijs Auspiciatissimis
 DOMINI
 JOHANNIS SULFFII,

Civis & Zythopeptæ Thoruniensis Honoratissimi
 &

DOMINÆ
 FLORENTINÆ EDVERTIÆ,
 Natalibus Wilhelmsiæ

die 25. Maij Anno 1700.

solenniter celebratis,

feliciter acclamat

Michael Wachschlager

Gymn. Thoruniensis Alumnus.



E Chalcographeo Thoruniensium.



Formoso vultu sic fors arridet amicum,
Sic Tibi, mi *Sulffi*, numina sancta favēt.
Ut fata Wilmsiacis uxor Tibi nubat in
annis,

Thorunij cum sis editus ipse solo.
Ecce peregrinis fueras quando hospes in oris,
Tum Batavos, Anglos, te penetrasse juvat.
Insolito nunc es Sponsæ decoratus amore,
Patria cum nobis Sponsus ad arva redis.
Errasti multum vasto tum tutus in orbe,
Iam reperis vitæ stamina certa tuæ.
Ah pereat! gemmas quisquis sectatur & aurum,
Cui numi fluxi sunt in amore Duces!
Non Rex Cœlicolum gemmis rutilantibus Evam,
Sed nudam & castam junxit, Adame, tibi.
Qui sapit, a precibus castos orditur amores,
Conciliant faustos vota pudica toros,

Sic

Sic be
Cui
Floren
At
Quam
Cu
Tam
Le
Tam
Iu
Quar
Fl
Regn
E
Opt
A
Utq
P
Sic
C



Sic bene procedunt semper Connubia sancta,
Cum precibus felix incipit illa pijs.

Florentina tuo nunc arridebit amori,
Atque feret flores deliciasque Tibi.

Quam bene junguntur pariles ætate columbæ,
Cum socia vitam quam bene turtur agit.

Tam bene flos ævi quibus idem est mutuus ardor
Legitimo vivunt fœmina virque toro.

Tam bene si concors conjux spirantibus astris,
Iuncta, recens sponsi est cura que faxque sui.

Quam bene, quod thalamum juncti venere sub
unum,

Flore pares ævi, pacis amore pares.

Regna geret lecto concordia mitis in isto,
Evenient placido non nisi fausta toro.

Optatas justo produces tempore messes,
Atque feres multas sedulitatis opes.

Utque Domum vitis generosa coronat herilem,
Pampineis serpens per latus omne comis:

Sic hilares multa decorabit prole penates,

Chara Viro consors dulcis amansque Viri.

Sit

Sic

Sit bene conjugibus, sit amor fœcundus, amorem
Intemerata fides nutrit amorque fidem!
Sit bene coniugibus, felix & læta senectus,
Mors placidum solvat nonnisi sera torum.



KSIĄŻNICA MIEJSKA
IM. KOPIŃSKA
W TORONIU

113 9 26

113 9 26